



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXXVIII. De haeresi Helcesaitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

PHILIPPUS.

χωρηκότα. ἐν τῷ καὶ τὰ παρὰ τὸν ἐπιγε-
γραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσε & ἐπικαρεῖς ἀ-
ληθῆ λόγον, οὐκ τὸν δευτὸν συγγραμμά-
στω ἄλλοι, καὶ τὸς εἰς τὸ καὶ Ματθαῖον Εὐαγγέ-
λιον εἰκοσιπέντε τόμους. τὰς τε εἰς τὸς δώδεκα
Περσέτας, ἀφ' ὧν μόνες εὐρεθῶν πέντε καὶ
ἐκκοσι. Φέρεται δ' αὐτῶν καὶ παρὰ αὐτὸν βασιλεῖα
Φίλιππον ἐπιστολή. καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τετ-
ταμένη Σεβήραν. διάφορσι τε ἄλλαι πρὸς
διαφόρους. ὧν ὅσας σοφάδην παρὰ δια-
φόροις ὁμοίως συναγαγεῖν δεδυνήμεθα,
ἐν ἰδίᾳς τόμῳ περιγραφῆς, ὡς ἀν' ἡμετέ-
ριον διαρρίπτοντο κατελέξαμεν, τὸν ἑκατὸν δευ-
τὸν περιεβαλόντας. γράφει δ' καὶ Φαβιανὸς
πρὸς τὸν Εὐσεβίον ἐπισκόπον, ἐτέρους τε πλείους
ἀρχιεπιστολῶν ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς καὶ αὐτὸν ὁμο-
δοξίας. ἔχει καὶ τῶν τὰς ἀποδείξεως, ἐν
ἑκτῷ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν
διδόχας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Περὶ τῆς ἀ' αἰῶνος διαστροφῆς.

Ἀλλοι δ' αὖ πάλιν ἐπὶ τῇ Ἀραβίας καὶ τὸν
ἀπληκμένον ἐπιφύοντα χρόνον, δόγματός
ἀλλοτρίως τὴν ἀληθείαν εἰσηγήται. οἱ ἔλεγον τὴν
ἀνθρωπείαν ψυχὴν τῶς μὲν καὶ τὸν ὁμο-
τα καὶ τὸν, ἀμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκου-
σιν ὡς σῶμα καὶ συνδιαφθείρεται. αὐτῶν δ' ἐπο-
τε καὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως καὶ τὸν αὐτοῖς ἀ-
ναστῶσιν καὶ δὴ καὶ τότε συληροῦν θέσης ἐπι-
καρῶς συνόδου, πάλιν Ὁριγένης παρὰ τὴν ἀληθείαν
καὶ καταπαθεῖν, κινήσας τε λόγους ἐπὶ τῇ κοινῇ περὶ
τῆς ἡμετέρας ἡμέρας ἡνέχθη, ὡς μετὰ τὴν αἰῶνα
τῇ παρὰ τὸν ἐσφαλμένῳ δυνάμει διανοίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΗ'.

Περὶ τῆς ἑλκεσαιτῶν αἵρεσις.

Τότε καὶ ἄλλη διαστροφή καὶ ἀεχέλαι ἡ
τῇ ἑλκεσαιτῶν λεγομένη αἵρεσις. ἡ καὶ
ἀμα τῶν ἀρετῶν ἀπέστη. μνημονεύει δ' αὐ-
τῆς ὁμιλῶν ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰς τὸν ὁμοδοξικὸν
δευτέρῳ ψαλμῷ ὁ Ὁριγένης, ὁ δὲ πῶς λέγων.
ἐκλυθεῖς ἐπὶ τῇ παρὰ τὸν μέγα φρονῶν ἐπὶ
τῷ δυνάμει περὶ τὴν γνώμης ἀβυσσὸς καὶ ἀσεβεί-
ας τῆς καλῆς ἑλκεσαιτῶν, νεώτεροι ἐπα-
ναστήσαντες τὰς ἐκκλησίας. ἐκείνη ἡ γνώμη

A Sub idem tempus octo libros compo-
suit adversus librum quemdam Celsi
epicurei contra Christianos qui de ve-
ra doctrina inscribitur. Quinque præ-
terea ac viginti Volumina in Evange-
lium Matthæi elaboravit: & in duode-
cim Prophetas expositiones, quarum
quinque duntaxat & viginti libros repe-
rimus. Exstat etiam ejus epistola ad Im-
peratorem ipsum Philippum, & altera
ad conjugem illius Severam: diversæ
ad diversos scriptæ. Ex quibus
quotcunq; sparsim apud varios asserva-
tas reperire potuimus, seorsum in pro-
prios libros, ne iterum dissiparentur,
digestimus. Sunt autem illæ numero su-
pra centum. Sed & ad Fabianum Ro-
manæ urbis episcopum, & ad complures
alios ecclesiarum Antistites de recta fi-
dei suæ ratione epistolas scripsit. harum
autem rerum certissima documenta ha-
bes in sexto libro Apologetici illius
quem nos pro ejus defensione conscri-
psimus.

CAPUT XXXVII.

De Arabum discordia.

Eodem tempore alii rursus in Ara-
bia, dogmatis cujusdam à veritate
prorsus alieni auctores exstiterunt. Af-
ferebant enim hominum animas in præ-
senti quidem sæculo unâ cum corpori-
bus interire atque corrumpi: rursus ve-
rò resurrectionis tempore simul cum
iisdem corporibus ad vitam esse reditu-
ras. Convocato igitur hanc ob causam
non exiguo concilio, iterum rogatus et-
iam illic Origenes, cum disputationem
de questione illa coram omni multitu-
dine instituisset, tanto robore decerta-
vit, ut qui prius in errorem lapsi fuerant,
sententiam mutarent.

CAPUT XXXVIII.

De heresi Helcesaitarum.

Alius quoque tunc temporis error
exortus est, Helcesaitarum sci-
licet heresis: quæ quidem simul nata,
simul extincta est. Hujus mentionem
facit Origenes in Homilia ad popu-
lum qua Psalmum octogesimum se-
cundum exponit, his verbis: Qui-
dam, inquit, nuper advenit de se
ipse magnificè sentiens, utpote qui im-
pium & nefariam Helcesaitarum opi-
nionem quæ adversus ecclesiam recens
coorta est, possit defendere. Expo-

Gg

nam autem vobis quæ & quanta perperam asserat hæc secta, ne forte vos ab illa abripi finatis. Ex universo sacræ Scripturæ Canone quadam rejicit: quibusdam verò utitur testimoniis tum ex veteri instrumento, tum ex evangelio. Paulum quidem Apostolum integrum repudiat. Docet præterea indifferentem rem esse Christum abnegare: & eum qui sapit, ore quidem tenus in ipso discrimine negaturum esse, sed non ex animi sententia. Librum etiam profertur quem è caelo delapsum affirmant: eosque qui auscultaverint illi & crediderint, peccatorum veniam consecuturos, & quidem diversum ab illa peccatorum remissione quam Iesus Christus impertuit. Sed de his hæcenus.

CAPUT XXXIX.

De persecutione Decii, & qua passus est Origenes.

Philippo interim cum septem annis regnavisset, successit Decius: qui præodio adversus Philippum, persecutionem intulit ecclesiæ. In qua persecutione cum Fabianus Romæ martyrium pertulisset, in ejus locum Cornelius subrogatus est episcopus. In Palestina autem Alexander Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad Præfidis tribunal adductus, cum ex secunda hac confessione magnam gloriam retulisset, Cæsaree in carcerem conjectus est: vir decora senectute & veneranda canitie conspicuus. qui cum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præfidiæ judicio editam, tandem in custodia animam exhalasset, mazabanes in ejus locum episcopus Hierosolymorum renunciatus est. eodemque modo apud Antiochiam episcopo Babylas post confessionem in vinculis mortuo, Fabius ecclesiæ illi præficitur. Porro quæ & quanta Origeni in ea persecutione acciderint: & quis horum omnium exitus fuerit, dum pessimus Demon omnes adversus illum copias instantius inno vet, cunctisque machinis ac viribus eum impugnat, & in hunc præ reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti sunt, præcipue irrui: Quæ item & quanta propter doctrinam Christi vir ille pertulerit, vincula scilicet & corporis cruciatus, & in intimo carceris recessu ferrei torquis ærumnas: utque multorum dierum spatio pedes in nervo ad quatuor usque foraminum interstitia distenti fuerint: ad hæc ignium

Huc refer
Nieph.
c. 27. 32.
l. 5.

Α οἶα λέγει κακὰ, ὡς ἀθέτημα ἡμῶν, ἵνα μὴ
ναρπάξῃς τε. ἀθετεῖ τινα δὲ πᾶσι πρὸς
κέρχεται ῥητοῖς πάλιν δὲ πᾶσι πρὸς
τε. Εὐαγγελικῆς τὸν Ἀπόστολον τέλει
τε. Φησὶ ὅτι τὸ δὲ νόσησας ἀδιάφορον ἐστὶ
ὁ μὲν νοήσας, τὸ δὲ νόσησας ἐν ἀνάγκῃς
λα. τῇ ὅ καὶ δία ἔχει. καὶ βίβλον τινα
ἣν λέγουσιν ὅτι ἔγραψε καλὰ πεπρωμένα. καὶ
ἀκηκοῦσα ἐκείνης καὶ πιστεύουσα, ἀφ᾽ ἧς
ψυχῆς τῶν ἀμαρτημάτων. ἀλλῶς ἀφ᾽ ἧς
παρ' ἣν Χεῖρος Ἰησοῦς ἀφῆκε. καὶ τὰ μὲν
τέτων τὰδε ἐστίν.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Περὶ τῆς δέκτου.

Αλλὰ ὁ Φίλιππος ἐτεσιν ἐπὶ τῆς βασιλείας
σαύτης, διαδέχεται δέκιος ὅς δὲ ὁ
Φίλιππος ἐχθρὸς ἐνεκα, διωγμὸν καὶ τῶν
κλησίων ἐγείρει ἐν ᾧ Φαβιανὸς ἐπὶ Ρώμῃ
μαρτυρίῳ τελειωθέντος, Κορνήλιος τὴν Ἐ-
σκοπὴν διαδέχεται. ἐπὶ ᾧ Παλαιστίνῃς
Ξανδρὸς ὁ τῆς Γερουλίαν ἐκκλησίας Ἐ-
σκοπος, αὐτὸς διὰ Χεῖρον ἐν τῇ Καισαρείᾳ
γεμονικοῖς ὡς ἀσας δικαστηρίοις. καὶ ἐπὶ
τέρα διαπρέψας ὁμολογία, δεσμοῦ
πειρεῖται. λιπαρὸν γῆρι καὶ σεμνὴ πολλὰ
τεσεμμένον. τὰς δὲ μὲν τὴν ἐν τοῖς ἡγε-
μοῖς δικαστηρίοις λαμπρὰν καὶ σεφικὴν μα-
τυρίαν, ἐπὶ τῆς εἰρήτης κοιμηθέντος. Μα-
ζαβάνης διαδοχῇ τῆς ἐν Γερουλίᾳ Ἐ-
σκοπῆς ἀναδείκνυται. τὸ δὲ Ἀλεξάνδρου πα-
ραπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶ βασιλείᾳ
τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμοῦ τῇ μετὰ
Ξανδρῷ, Φαβιανῷ τῆς αὐτοῦ παρὸς αἰῶ-
κλησίας. τὰ μὲν οὖν διεγίνει καὶ τὸν δι-
μὸν συμβάντα οἶα καὶ ὅσα. καὶ ὅποιος ἐπὶ
τελευτῆς, τῶ πονηρῷ δαίμονος ἐφαιμύ-
τῶ ἀνδρὶ πανεργαῖα ὡς ἀταξάμενος. πα-
τε μηχανῇ καὶ δυνάμει καὶ αὐτὸς στρατη-
σαί, ὡς πάντας τε τὰς τῶν κατὰ
λεμνησίας διαφορόντως Ἰησοῦ Ἰαν-
αὐτῶ. οἶα τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χεῖρ ὅτι
ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ καὶ βασάνες τὰς κα-
τὰ τῶ σώματος. τὰς τε τῶ σιδηρῶ καὶ
μυχοῖς εἰρήτης ἡμερίας. καὶ ὡς ἐπὶ
σαις ἡμέραις τὰς πόδας ὑπὸ τεσσαρά τα